

Petrus de Vinea

*Ep. V 105 (Cum Ferrarienses,
deuotos nostros...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 105 (Cum Ferrarienses,
deuotos nostros...)*

1240?

Item super eodem uel quasi.

1. Cum Ferrarienses, deuotos nostros et fideles, qui pro fide maiestati nostrae seruanda Ferrariam exierunt, et postmodum culmini nostro seruitia grata prestiterunt, ob ipsorum deuotionem sinceram a maiestate nostra uelimus ad presens premium reportare, ut de obsequiis iam exhibitis gaudeant, et ad prestanda maiora de cetero strictius animentur, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus de collecta ecclesiarum iurisdictionis tuae, iuxta mandatum nostrum celeriter colligenda, eisdem fidelibus nostris pro parte culminis nostri mille librarum Rauennatum debeas exhibere. 2. De eis, quae eis dederis, ad cautelam apodissam ydoneam recepturus.